



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

13. In festo S. Laurentii. de grano frumenti. Ioan. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
accedit
nis qua
r obser
iorum
um calic
m Christi
stam du
dientu
quanta
quando
n expa
tis omo
d eam h
n non p
er, ne ca
is, petit
iat, sed i
se session
li point
decem
a est, ve
que dili
li, in qu
cipes p
n inter
scut filo
homini

FESTA TOTIVS ANNI. 171

hominis non venit ministrari, sed ministrare,
et dare animam suam. Considera, munus
eorum, qui ad dignitatem prælati, & supe-
rioris, vel magistri vocati sunt, esse, ut ipsi
non tam dominantur, quam seruant sub-
ditis, eorum bonum anteponendo pro-
prio: ac ideo maiores esse, quo plus se sub-
mittunt, & maiores labores & afflictiones
pro salute subditorum usque ad mortem
fusinent. 2. considera quomodo Christus
tota vita sua ministerii, & se demiserit, ac
animam suam posuerit pro tua salute, &
inuenies exemplar perfectissimum, quod
imiteris, si velis esse eius discipulus 3. con-
sidera, quā longē discedant à spiritu Chri-
sti, qui non alia de causa ad Prælaturas &
dignitates aspirant, nisi ut aliis imperent.
magnas opes congerant, & laute viuant.

IN FESTO S. LA VRENTII 10. Au-
MARTYRIS. gustij

De grano frumenti. Ioan. 12. 1.

IESVS dixit discipulis. Nisi granum fru-
menti cadens in terram, mortuum fuerit,
ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit,
multum fructum affert. Considera, licet
nomine huius grani primario designetur
Christus, granū purgatissimū ab omni pec-
cato



cati palea, quod mortuum in terra crux
salutis æternæ fructum peperit; secund
rio tamen designari ab Ecclesia mystic
eius membrum S. Laurentium, qui sic
granum, concussione flagelli perfecun
nis, purgatus est ab omnibus terrenis af
fectionibus; ut discas non spernere tribula
ones, quia purgant sæpe nos à multi
peccatis. 2. Considera, mortuum fuisse
terra, tum quia carnem suam in hac vi
prorsus spiritui subdidit, & mortificau
contemptis omnibus mundi delitiis, tu
quia constanter per atrocissima licet to
menta, pro Christo morte oppetiit. 3. ma
tum fructum attulisse, tum quia sua pu
fione maximam gloriam in cœlo & in u
ra obtinuit, tum quia suo exemplo & co
stantia plurimos ad Christi fidem conu
tit, & ut similia paterentur, autor fuit.

2. *Qui amat animam suam, perdet eam, q
verò odit in vitam eternam, custodit eam.*
Considera eum amare animam, qui ama
huius mundi commoda, opes honores, vo
luptates præ Christo: odiisse autem, qui
contemnit, ut fecit S. Laurentius, qui de
sertis omnibus opib⁹, deserta Hispania li
cet iuuenis seruuit Xisto Papæ Roma
næ. Xisto ad supplicium rapto, exclamauit.

Quo pr
dit. Ma
dum j
faculta
Christi
bus in c
multos
affixus
tū es sa
erat ig
quā qu
perati
Si q
vbi sur
quiss.m
Pater
Christ
quam
eius vi
lo obi
ribus i
spiritu
bi fieri
fiet:qu
stum v
sequim
est S.L
ter, v

Quo progrideris sine filio pater, cui respon-
dit. Maiora tibi debentur certamina. Post tri-
duum sacerdotem sequeris Leuita. 3. omnes
facultates Ecclesiæ distribuit in pauperes,
Christianis ante passionem suam latenti-
bus in cryptis pedes abluit, cæcum sanauit
multos cōuertit & baptizauit, craticulæ
affixus tortores irrisit, tyranno dixit: *Affa-*
nū est satis, versa & manduca. quia segnior
erat ignis, inquit B. Leo, qui foris v̄ssit,
quā qui intus accēdit. Flāmis corporeis su-
perati caritatis Christi flamma nō potuit.

Si quis mihi ministrat; me sequatur: &
vbi sum ego, illuc & minister meus erit. Si
quis mihi ministrauerit, honorificabit eum
Pater meus. Considera, illum ministrare
Christo, qui eius mandatis & monitis tan-
quam obediens famulus obedit. 2. qui
eius vices si sacerdos vel superior sit, sedu-
lo obit. 3. qui pauperibus & afflictis, ope-
ribus misericordiæ, vel corporalibus vel
spiritualibus subuenit. Testatus est enim si-
bifieri, quod vel minimo in eius nomine
fier: quæ si nos quoq; faciamus, verè Chri-
stum velut ducem & magistrum nostrum
sequimur. Perfectissimè autem sequitus
est S. Laurentius, qui tam fidelis fuit mini-
ster, vt etiam sanguinem pro eo profude-

xit &

174 MEDITATIONES IN
FESTO ASSUMPTIONIS MARIAE.
tit, & exemplum eius in passione fecerit. 2. considera, quantum præmium
cœlo S. Laurentio & omnibus qui alio pro Christo patiuntur, aut Christi mebris per caritatem serio ministrant, patum sit, quantus honor & gloria sinebio maior quam mens nostra excogite queat.

25.
Aug.

IN FESTO ASSVMPTIO
NIS B. V. MARIAE.

De Christo recepto in domum
Marthæ. Luc. 10

MARTHA exceptis Christum in domum suam, cum soror Maria sedens apud pedes Domini, audiebat verbum illius. Considera, Mariæ Magdalenæ non tribuum, quia qui contemplatiæ vitæ se dicant in religione, debent aspernari mnes huius mundi possessiones & consolique Christo adhærere. 2 Christum eam recipi domum, ubi Maria coniuncta est Marthæ, ut significetur perfectiorem tam eos profiteri, qui non solum vitam contemplatiuam in meditando orando sequuntur, sed etiam actiuam iuuando & ximum anima vel corpore, concionibus lectione firmoru quis huic iicit libne eius.